

Superborum



Quagesimasca turba stultoz est: Superboz (überbeb narrz) Nole quibus dinoscunt tot sunt quot res de quib⁹ superbire cōtingit: que in maximo sunt numero: sic ⁊ nole. Ego aut ex eis paucas respectiue in presentiaz producam.

¶ Prima nola est: superbire (sich überbeben) de sanitate corpis. Nescis o fatue q̄ qui hodie sanus est cras egrotat: hodie vivus cras mortuus. Nescis quia vita est vapor ad modicū parens. Jacobi. iij.

¶ Secunda: superbire de roboze corpis. Nescis o stulte q̄ hinc infirmitas mentis exurgit: sed ⁊ ibi grandior iminet pugna. Siquidem caro concupiscit aduersus spiritū: ⁊ fortior caro fortius. Sapientie. vi. Fortioribus fortior instat cruciatio.